

* Delphicis,
vt creditū ē,
thesauris

Claudius Cæsar è Britannia triumphans, prægrandi illa domo verius quàm naue intrauit Adriã. Hoc ante Eridanum ostium dictū est, alijs spineticū ab vrbe Spina, quæ fuit iuxta, præualēs * vt Delphicis creditū est thesauris, condita à Diomede. Auget ibi Padū Varenus amnis, ex Foro corneliēsi agro. Proximū inde ostiū Caprasia, dein Sagis, dein Volane, quod ante Olane vocabatur. Omnia ea flumina, fossasq; primi à Saggi fecere Tusci, egesto amnis impetu p̄ transversum in Atrianorum paludes, quæ septem maria appellatur, nobili portu oppidi Tuscorum Atria, à quo Atraticum mare ante appellabatur, quod nūc Adriaticū. Inde ostia plena, Carbonaria ac fossiones Philistinæ, quod alij Tartarum vocāt: omnia ex Philistinæ fossæ abundantione nascētia, accedentibus Atesi ex Triden-
tinis alpiibus, & Togisono ex Patavinorū agris. Pars eorum & proximū portum fecit Brundulum, sicut Edronem Medoaci duo, ac fossa Clodia. His se Padus miscet, ac per hæc effunditur, plerisq; vt in Aegypto Nilus quod vocant Delta, triquetram figurā inter alpes atq; oram maris facere proditus, stad. ij. M. circuitu. Pudet à Græcis Italiae rationē mutuari. Metrodorus tamē Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa sit picea, quæ pades Gallice vocetur, Padū hoc nomen accepisse. Ligurū quidem lingua amnem ipsum Bodincum vocari, quod significet fundo carētem. Cui argumēto adest oppidum iuxta Industria, vetusto nomine Bodincomogum, vbi præcipua altitudo incipit. Italia trāspadana. Regio vndecima. CAP. XVII.

Transpadana appellatur ab eo regio vndecima, tota in mediterraneo, cui maria cuncta fructuoso alueo importāt. Oppida Vibiforum, Segusio, Colonia ab alpium radicibus, Augusta Taurinorum antiqua Ligurum stirpes, inde nauigabili Pado. Dein Salasorum Augusta prætoria, iuxta geminas alpiū fauces, Graias atq; Pænnas. His Pænos, Graiis Herculem transisse memorant. Oppidum Eporediā, Sybillinis libris à Pop. Ro. condi iussum. Eporedicas Galli bonos equorum domitores vocant. Vercellæ Libycorum ex Sallyis ortæ, Nouaria ex Vertacomacoris, Vcon-
tiorum bodieq; pago, non (vt Cato existimat) Ligurum: ex quibus Leui & Marici condidere Ticinum, nō procul à Pado, sicut Boij trans alpes profecti Laudem Pompeiam, Insubres Mediolanum. Orobiorum stirpis esse, Comum atque Bergomum, & Liciniforum, & aliquot circa populos, autor est Cato: sed originem gentis ignorare se fatetur, quā docet Cornelius Alexander ortam à Græcia, interpretatione etiā nominis, vitam in montibus degentibus. In hoc situ interiit oppidum Orobiorum Barra, vnde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum prodentes se altius quàm fortunatius sitos. Interiere & Caturiges Insubrum exules, & Spina supradicta. Item Melpum opulentia præcipuum, quod ab Insubribus & Boiis & Senonibus deletam esse eo die, quo Camillus Veios ceperit, Nepos Cornelius tradidit.

Venetia. Decima Regio. CAP. XVIII.

Sequitur decima regio Italiae Adriatico mari ap-
posita, Venetia, cuius fluius Silis ex montibus Taurisanis. Oppidum Altinū, flumen Liguentia ex montibus Opiterginis, & portus eodē nomine, colonia Concordia, flumen & portus Romatiū, Tillautum maius minusq; Anassum quo Varramus defluit, Alsa, Natiso cum Turro præfluētes Aquileiam coloniam xij. M. pass. à mari sitam. Carnorum hæc regio, iunctaq; Iapidum, amnis Timauus, castellū nobile vino Puciniū: Tergestinus sinus, colonia Tergeste xxij. M. pass. ab Aquileia. Vltra quam vi. M. pass. Formio amnis, ab Rauēna clxxxix. M. pass. antiquus auctæ Italiae terratinus, nūc uero Istria, quæ cognominatā tradūt à flumine Istro, Adriã effluēte è Danubio amne, cidēq; Istro ex aduerso Padi fauces, cōtrario eorū percussu mari interiecto dulcescente, pleriq; dixere falso, & Nepos Cornelius etiā Padi accola. Nullus enī ex Danubio amnis in mare Adriaticū effunditur. Deceptos credo, quoniā Argo naus flumine ī mare Adriaticū descendit, nō procul Tergeste: nec iā constat quo flumine. Humeris trauectā alpes, diligētiores tradūt. Subiis autē Istro, dein Sao, dein Nauporto, cui nomen ex ea causa est, inter Aemonam alpesq; exorienti.

De Istria.

CAP. XIX.

Istria vt peninsula excurrit. Latitudinē eius xl. M. pass. circuitū vero cxxii. M. prodidere quidam. Itē adherētis Liburniæ & Flanatici sinus. Alii Liburniæ clxxx. M. Nōnulli in Flanaticū sinū Iapidiā promouere, à tergo Istria, cxxx. M. pass. Dein Liburniam cl. M. fecere. Tuditanus, qui domuit Istros, in statua sua ibi inscripsit, ab Aquileia ad Titū flumē stad. cc. Oppida Istriae ciuium Ro. Aegida, Parentiū: colonia Pola, quæ nunc Pietas Iulia, quondā à Colchis cōdita. Abest à Tergeste c. M. pass. Mox oppidum Ne-
factium: & nunc finis Italiae fluius Arsia. Polam ab Ancona traiectus cxx. M. pass. est. In mediterraneo regionis decima colonia, Cremona, Brixia, Cenomanorum agro, Venetorum autem Ateste, & oppida Acelum, Patanium, Opitergium, Belunum, Vicetia, Mantua Tuscorum trans Padū sola reliqua. Venetos Troiana stirpe ortos autor est Cato, Cenomānos iuxta Masiliā habitasse in Volcis. Fertini, & Tridētini, & Bernēsēs, Rhetica oppida: Rhetorū & Euganeorū Verona. Iulienses Carnorū. Dein quos scrupulose dicere nō attineat, Alutracēsēs, Asseriatēs, Flamonienses, Vanienses, & alii cognomine Culici: Foroiulienses cognomine Transpadani, Foretani, Venidates, Quarqueni, Taurisani, Togiēsēs, Varuani. In hoc situ interiere peroram Iramine, Pellaon, Palsicium: ex Venetis. Atina, & Celina: Carnis, Segeste, & Ocræ: Tauriscis, No-
rea. Et ab Aquileia ad duodecimū lapidē, deletū oppidū etiā inuito senatu, à M. Claudio Marcello, L. Piso autor est. In hac regione & x. lacus inclyti sunt, amnesq; eorū partus aut alūni, si modo acceptos reddūt, vt Adduā Larus, Ticinū Verbanus, Mincinū Benacus, Ollium